

Band II., Nr. 313, Seite 14-15

Papst Innozenz II. nimmt das Kloster St. Blasien und dessen Besitz, insbesondere die Zellen und Kirchen in Ochsenhausen und anderen genannten Orten in seinen Schutz, und bestätigt die früher zu Gunsten desselben von mehreren Kaisern erlassenen und von den Päpsten bekräftigten Verordnungen.

Lateran, 1140. Januar 21.

Innocentius episcopus, servus servorum dei. Dilecto filio Bertoldo, abbati monasterii sancti Blasii, quod in Constantiensi episcopatu, in loco videlicet qui Nigra Silva dicitur situm est, eiusque successoribus regulariter subsituendis in perpetuum. Licet ex iniuncto nobis a deo apostolatus officio fratres nostros episcopos et abbates communiter honorare ac diligere debeamus, et ecclesiis sibi commissis suam iusticiam conservare, illis tamen propensiori cura nos convenit providere, quos beato Petro et sancte Romane ecclesie constat specialius adherere. Huius rei gratia, dilecte in domino fili Bertolde abbas, tuis desideriis paterna benignitate annuimus, et monasterium beati Blasii, cui auctore deo preesse dinosceris, presentis scripti pagina communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem venerabilis locus in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis nominibus duximus exprimenda: videlicet cellas Hocsenhusen, Berowa, Wintenowa, Burgelun, cum omnibus earum pertinentiis. Ecclesias quoque Nunchilcha, Sneisanc¹, Birbomestorf, Bathmaringin, Griezheim², similiter cum omnibus earum appendiciis. Cellam etiam Wizelinhouen cum suis pertinentiis. Confirmamus quoque dispositionem illam, quam bone recordationis Henricus quartus imperator de monasterii vestri libertate et advocatia constituit, et predecessor noster, felix memorie Calixtus, auctoritatis sue privilegio roboravit, atque dilectus filius noster Lotharius rex precepti sui firmitate munivit, et sancte recordationis papa Honorius episcoporum et cardinalium deliberatione firmavit, et nos in Lateranensi concilio approbavimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat vestrum prefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet vexationibus infestare. Sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua

¹Ober- und Unterschneisingen.

²Grießen, Klettgau, WT.

II

igitur ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciore commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini nostri Ihesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiacet. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.
 (*Rundzeichen.*)^a + Ego Innocentius, catholicę ecclesię episcopus, subscripsi. (*Monogramm für Bene valete.*)

 + Ego Theodewinus, sanctę Rufinę episcopus, subscripsi. + Ego Albericus, Hostiensis episcopus, subscripsi. + Ego Gerardus^b, presbyter cardinalis tituli sanctę Crucis in Ierusalem, subscripsi. + Ego Anselmus, presbyter cardinalis tituli sancti Laurentii in Lucina, subscripsi. + Ego Lucas, presbyter cardinalis tituli sanctorum Iohannis et Pauli, subscripsi. + Ego Boetius, presbyter cardinalis tituli sancti Clementis, subscripsi. + Ego Iuo, presbyter cardinalis tituli sanctorum Laurentii et Damasi, subscripsi. + Ego Grisogonus, presbyter cardinalis tituli sancte Praxedis, subscripsi. + Ego Gregorius, diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi, subscripsi. + Ego Otto, diaconus cardinalis sancti Georgii ad velum aureum, subscripsi. + Ego Guido, diaconus cardinalis sanctorum Cosmę et Damiani, subscripsi. + Ego Uass: diaconus cardinalis sancti Eustachii, subscripsi. + Ego Gregorius, diaconus cardinalis sancti Angeli, subscripsi.

 Datum Laterani per manum Aimerici, sancte Romanę ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii, XII. kalendas Februarii, indictione III., incarnationis dominice anno MC quadragesimo, pontificatus vero domni Innocentii II. pape anno X.

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An roter Seidenschnur hängt die Bleibulle mit den bekannten Köpfen auf der einen, und INNOCENTIVS *PP.* II. auf der anderen Seite.

^aMit der Umschrift *Adiuua nos deus salutaris noster.*

^bMit *Gerardus* beginnt die zweite Reihe der Unterschriften, links von der vorhergehenden mittleren. Mit *Gregorius* beginnt die dritte Reihe, rechts von der zweite. Über *Uass* steht im Original ein Querstrich als Abkürzungszeichen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

B 18

Editionen:

TRUDBERT NEUGART (HRSG.) : *Codex diplomaticus Alemanniae et Burgundiae transiuranae intra fines dioecesis Constantiensis ceu fundamentum historiae eiusdem dioecesis*, 2 Bde., Ulm 1791-95, Bd. 2, S. 68, Nr. 853. JACQUES-PAUL MIGNE (HRSG.) : *Patrologiae cursus completus [...]* Serie latina, Bd. 1 ff., Paris 1844 ff, Bd. 179, Sp. 500, Nr. 435. UB St. Blasien, Bd. 1, S. 231–233, Nr. 175.

Regesten:

CARL GEORGE DÜMGÉ: *Regesta Badensia*. Urkunden des Großherzoglichen Badischen General-Landes-Archives von den ältesten bis zum Schlusse des zwölften Jahrhunderts, die im Drucke bereits erschienenen nach ihrem wesentlichen Inhalte mit Anzeige und kurzer Wür, S. 42. ALBERT BRACKMANN (HRSG.): *Germania pontificia*, Bd. 1: *Provincia Salisburgensis et episcopatus Tridentinus*, Bd. 2,1: *Provincia Maguntinensis: Dioeceses Eichstetensis, Augustensis, Constantiensis I*, Band 2,2: *Helvetia pontificia*, Band 3: *Provincia Maguntine* Bd. 2,1, S. 176 f., Nr. 20. Hidber: *Schweizerisches Urkundenregister*, Nr. 1738. JAKOB ESCHER, PAUL SCHWEIZER (BEARB.): *Urkundenbuch der Stadt und Landschaft Zürich*, hrsg. Von einer Kommission der antiquarischen Gesellschaft in Zürich, Reihe 1: 13 Bde., Zürich 1888-1957, Bd. 1, S. 171, Nr. 283. *Repertorium schweizergeschichtlicher Quellen im Generallandesarchiv Karlsruhe*, bearb. im Auftrag der Rechtsquellenstiftung des Schweizerischen Juristenvereins sowie des Kuratoriums zur Erschließung *Schweizergeschichtlicher Quellen in Ausländischen Archive*, Abt. 1, Bd. 1, S. 11, Nr. 60. PHILIPP JAFFÉ (HRSG.): *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII*, 2. verb. und verm. Aufl. bearb. von Samuel Löwenfeld, Ferdinand Kaltenbrunner und Paul Ewald, 2 Bde., Leipzig 1885-88 8074.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Lateran

Ortsindex:

Berau Wohnplatz (15788)
 Berau, Ühlingen-Birkendorf, WT
 Bettmaringen Wohnplatz (15616)
 Bettmaringen, Stühlingen, WT
 Birmensdorf, Kt. Zürich, Schweiz
 Bürglen Wohnplatz (15688)
 Bürglen, Weilheim, WT
 Grießen Wohnplatz (15494)
 Grießen, Klettgau, WT
 Kloster Weitenau Wohnplatz (15049)
 Kloster Weitenau, Steinen, LÖ
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Neukirch Wohnplatz (12411)
 Neukirch, Rottweil, RW
 Oberschneisingen, Schneisingen, Kt. Aargau, Schweiz
 Ochsenhausen Wohnplatz (17448)
 Ochsenhausen, BC
 Rom, Latium, Italien
 Schwarzwald
 St. Blasien Wohnplatz (15605)
 St. Blasien, WT
 Unterschneisingen, Schneisingen, Kt. Aargau, Schweiz
 Weitenau, Steinen, LÄ
 Wislikofen, Kt. Aargau, Schweiz